Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



145

CHIAL

conturbabit eas pes hominis ultra.
neq; ungula iumentorum conturbabit eas.
Tunc purissimas rediam aquas
eorum et flumina eorum quasi oleum adducam.
ait dominus deus. cum dedero terram
egypti desolatam. Desecum ait terra
a plenitudine sua. cum percusero omnes
habitatores eius. et scient quia ego dominus.
Planctus est. et plangent eum filie
gentium plangent eum super egyp
tum et super multitudinem eius plan
gent eum ait dominus deus. Et
factum est in xii anno in mense x. mi
sis. factum est verbum domini ad me
dicens. fili hominis. cane carmen
lugubre super multitudinem egypti. et
detrahe eam. ipsam et filias gentium
robustorum ad terram ultimam cum his
qui descendunt in lacum. Quo pul
chior es descende et dormi cum mar
cidis. In medio interfectorum gla
dio cadent. gladius datus est. attra
xerunt eam et omnes populos eius. lo
quentur ei potentissimi robustorum de
medio inferni. qui cum auxiliatori
bus eius descenderunt. et dormierunt
incircumcisi interfecti gladio. Ibi assur
et omnis multitudo eius. circumtu
lus sepulchra eius. Omnes inter
fecti et qui ceciderunt gladio quorum da
ta sunt sepulchra in novissimis lac.
Et facta est multitudo eius per gyrum
sepulchri eius. omnes interfecti ca
dentes gladio. qui dederant quondam
formidinem in terra viventium. Ibi
elam et omnis multitudo eius per
gyrum sepulchri eius. Omnes hi mor
tui et ruentes gladio. qui descenderant
incircumcisi ad terram ultimam. qui po
suerunt timorem suum in terra viven
tium. et portaverunt ignominiam suam
cum his qui descendunt in lacum.
In medio interfectorum posuerunt cubile
eius in omnibus populis eius. in circuitu
eius sepulchrum illius. Omnes hi
incircumcisi interfecti gladio. Dederunt
enim timorem in terra viventium. et portave
runt ignominiam suam cum his qui
descendunt in lacum. in medio inter
fectorum positi sunt. Ibi mosoch. et tu
bal. et omnis multitudo eius. in cir
cuitu eius sepulchra illius. Omnes
hi incircumcisi interfecti gladio. et cadentes
gladio. quia dederunt formidinem
suam in terra viventium. Et dormient
cum fortibus cadentibus gladio. et incircumcisis.
qui descenderant ad infernum cum armis
suis. et posuerunt gladios suos subca
pitibus suis. et fuerunt iniquitates eorum
in ossibus eorum. quia timor fortium fuerat
in terra viventium. Et tu ergo in medio
incircumcisorum conteris. et dormies cum in
fectis gladio. Ibi idumea et omnes
reges eius. omnes duces eius qui
dati sunt cum exercitu suo cum in
fectis gladio. et qui cum incircumcisis
dormierunt. et cum his qui descenderant
in lacum. Ibi principes aquilonis omnes
et sidonii qui descenderunt cum interfectis. pauentes. et in forti
dine sua confusi. qui dormierant incircum
cisi cum interfectis gladio. et portave
runt confusionem suam cum his qui
descendunt in lacum. Vidit eos pha
ra. et consolatus est super universa multi
tudine sua. que interfecta est gladio.
et portaverunt confusionem suam cum
his qui descendunt in lacum. pharao
et omnis exercitus eius. ait dominus
deus. quia dedit timorem eius in terra
viventium. et dormiunt in medio incir
cumcisorum cum interfectis gladio. pharo
et omnis multitudo eius. ait dominus
deus.